

quia vitium est, vel testatoris, qui de parte duntaxat bonorum testatus est, vel ipsius heredis scripti, qui hereditatem pro parte repudiare conatur: cum in omne defuncti ius succedere, aut vniuersum repudiare debeat. l. haeres. 37. ff. de acq. vel omitt. h. red. l. 1. 2. & 3. ff. de bonor. posses. Hoc autem, videlicet quempiam per querelem inofficium intestatum pro parte effici, propter rei iudicatum auctoritatem inductum est: atque idcirco iuri non repugnat: praesertim, cum praeter officium pietatis nihil in testatore desiderari possit, quippe qui testamentum recte fecit. l. 2. ff. de inoffic. testam. Et qui hoc modo pro parte intestatus efficitur, is licet reuera ab initio in totum testatus decedat: per accidens tamen, siue ex post facto, hoc est, post mortem testatoris, pro parte intestatus decessisse videtur. l. mater de dec. es. 19. ff. d. tit.

7 Sic quoque non refragatur l. sed si plures. 10. §. in arrogato. 6. ff. de vulg. & pupill. substit. vbi is, qui filio arrogato, ante pubertatem mortuo, pupillariter substitutus est, in ijs saltem bonis succedit, quae filius beneficio arrogatoris nactus est: reliqua pupillaria bona hereditatis legitime deferuntur. Nam ne hoc quidem casu arrogator partim testatus, partim intestatus decedit: quia bona ista pupillaria diuersa sunt ab ijs bonis, quae ab arrogatore prouenerunt. Illa quippe arrogatori non cesserunt ob cautionem, quam praestare tenetur eum in casum, si intra pubertatem pupillus decesserit. §. cum autem impubes. 3. Instit. de adoptionib. Ideoque de his, ut pote alienis, nec testari arrogator potuit. Sed vide Giphanium, Decium, Cagnolam, & Philippum Matthaeum in d. l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur. Harpre.

b Aliquando enim miles, &c. An, & quatenus miles possit pro parte testatus decedere, pro parte intestatus, multis etiam post alios a se citatos, declarat Michael Grassius lib. 1. recept. sent. §. test. q. 8. & generosus Dn Enekel li. 2. de priu. milit. priu. 16. num. 5. 1. & seq. Illud non vsquequaque expeditum est: equid in miles in dubio potius iure communi, quam militari testari voluisset censetur? Et licet affirmatiua communibus DD. suffragijs opinio recepta sit, ut notant Alexand. conf. 12. num. 21. vol. 3. Socin. iun. conf. 128. num.

229. vol. 1. Scharad. ad l. 1. num. 6. C. de testam. milit. Mascard. in tract. de probationib. vol. 2. concl. 1058. num. 3. & Grassius d. §. test. quae. 9. versic. secundus casus est, &c. negatiuum tamen tanquam de iure veritate, defendit Fernand. Vasquius in tract. de successio. creat. lib. 3. §. 24. n. 41. cum seqq. & eum referens D. Bocet. lib. 1. de bello. cap. 221. num. 4. & seq. Etenim quod quis ignorat, id velle non praesumitur: quoniam notitiam & intelligentiam voluntas praesupponit. l. mater de decens. 19. vers. nec. n. quae ex testamento. ff. de inoffic. testam. l. de atate. 11. §. ex causa. 8. ff. de interrogat. actio. l. si cum te. 5. ff. de pact. l. in repudiata. 23. & l. Clodius. 97. ff. de acq. vel omitt. haered. l. vlti. §. haered. l. vlt. §. fin autem ne scius. 2. C. de furt. & l. in vnquam. 8. C. de reuocand. donat. Atqui miles ignorat ius civile commune, initio tit. Instit. de milit. testam. l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. l. fin. §. 1. C. de iur. delib. l. quamquam. 3. C. de test. milit. Ergo non praesumitur miles testari velle iure communi: sed creditur velle testari iure militari. l. si miles. 6. ibi, creditum, & l. si duob. 37. ibi, videbitur. ff. cod. tit.

12 Nec hanc sententiam frangit text. in testa. 6. in fin. illis verbis: sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit. C. de test. milit. Illic n. Imp. Alex. non requirit, ut probet Valentinus, frater suum hoc sensisse, quod iure militari testari voluerit: sed postulat, ut probet quoddam militis testatoris factum, nimirum quid ab ipso milite fratre in fin. etiam casu expresso vel copioso verborum, instituta haereditas filiae sit substituta. Miles quoniam instituit heredi aliquem simpliciter substituit: non praesumitur, quod in secundum quoque casu substituerit. Hoc etenim quoddam factum est, quod non praesumitur. In secundum namque casu sit substitutio hoc modo: Si Titia haeres erit, & intra 25. etatis annu decesserit, Seius haeres esto. Vel ita sub copendio verborum: Titia haeres esto, & quando-cumq; ea moriatur, Seius haeres esto. Hoc modo substituisse testatoris, est quoddam factum, & hoc factum substituentis probare debet. l. precibus. 8. ibi, manifestus exprimeret debueras. C. de impuber. & alijs substit. D. Bocet. d. cap. 22. num. 5. & seq. vbi, & alijs argumentis, quae huic assertioni opponi solent, satisfacit. Harpre.

QVÆSTIO XVII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Quae solemnitates in testamento caeci requirantur.
 - 2 Et quid si caecus velit inter liberos testari, nunquid duo testes sufficiant.
- Ex Additionibus.
- 1 Quae solemnitates in testamento caeci obseruentur. & nu. *i.
 - 2 Prima solemnitas est sola nuncupatio.
 - 3 In testamento scripto omnia possunt esse secreta.
 - 4 Secunda solemnitas est septem testium, & Notarij adhibito.
 - 5 Tertia solemnitas est, quod heredis institutio omnibus testame-

ADDITIONES.

In Testamento caeci.] Et caecus quis dicatur, & qualiter probetur, vide per Are. §. caecus, Institut. quibus non est perm. facere testam. arq. Paul. de Cast. conf. 359. in 1. dub. uol. 2. Item quod caeci testamentum, qua forma concipiatur, vide per Ruy. in consilio 18. libro secundo. Et an in eo operetur clausula codicillaris, vide per Iaf. cōf. 26. lib. 1. Et quod non sustineatur, non seruata forma, dicta l. hac consultissima, etiam si adfit clausula codicillaris, vide per Iaf. consil. 82. lib. 3. vbi idem etiam, si apparet de pœna in casu impugnati testamenti, & de permissione heredis. Giachar.

QVÆSTIO XVII.

Dicebatur etiam supra quæst. 3. aliud esse testamentum, caeci, aliud videns.

Nam in testamento caeci ultra numerum septem testium, & c.]

- 1 In caeci testamento peculiatis quaedam solemnitates, quas Iustinus Imperator praescripsit, obseruanda veniunt, l. hac consultissima. 8. C. qui testam. fac. poss. I. Solemnitas est: quod licet cuique liberum sit, ut vltimum suum elogium in scriptis, vel per nuncupationem promulget. §. finali. Institution. de Testamen. ordinand. l. hac consultissima. 21. C. de Testamentis. hic tamen sola nuncupatio admittatur. Cuius rei ratio est: tum quod cum testator testamento in scriptis se subscribere signare, & nomen heredis propria manu exprimeret debet. l. i. ubi. §. 29. C. eodem hoc cœcus facere non possit. Tum quod in Testamento in scriptis omnia possint esse secreta, dicta l. hac consultissima. 21. C. d. tit. hoc in praesenti casu, vbi caecus facile decipi, & aliud pro alio scribi, vel alia scheda subijci potest, non admittendum sit. Scharad. in dicta l. hac consultissima. 8. num. 2. ibique Gilkenius num. 3. C. qui testam. fac. poss. II. Solemnitas est: quod caecus necesse habet septem Testes, & vna cum his Tabellionem, aut loco eius alium quempiam litterarum peritum, sibi aduocare, & coram ijs, quam ob causam eos conuocari, palam educere, hoc est, testificari, se velle sine scriptis, cum litteras videri nequeat, saltem per nuncupationem vltimum elogium condere. d. l. 8. circa princip. C. eod. Tamen si hoc nonnulli Iustiniani constitutione, tanquam posteriore, sublatam esse censent. l. in testamentis 26. C. de testam. & Vigilius, & Heigius in §. caecus 4. Institut. qui non est perm. face. testamen. & Salic. & Gilchenius num. 4. in d. l. hac consultissima. 8. C. qui testam. fac. poss. Alij vero, quamuis istam correctionem ad huc specialem casum non producant, testamentum tamen propter solemnitatem tam leuem omnifam, non vitari existimant, argum. l. 1. §. vltim. ff. de ventre inspiciend. Alexand. Castres. Iafon, Decius, & Scharadus num. 2. & 3. in dicta l. 8. C. qui testamen. face. poss.
- III. Solemnitas est: quod omnibus testamenti capitulis, puta legatis, & fideicommissis, heredis institutio, quae caput, & fundamentum est ipsius testamenti, praeponi debeat, argum. d. l. 8. ibi, quibus omnibus ex ordine peroratis, &c. item circa finem, ibi in praedictum modum ordinantib. &c. C. d. tit. ibique Bart. Iul. Clar. Sentent. Pract. Citul.

- ti capitulis praeponi debeat.
- 6 Ibi haec solemnitas improbat.
 - 7 Omisio leuis alicuius solemnitatis dispositionem non vitiat.
 - 8 Transpositio verborum non labefactat Testamentum.
 - 9 In dubio ea accipienda interpretatio, quae actum in tuto collocat.
 - 10 Quarta solemnitas est nominis heredis, dignitatis eiusdem, & c. specialis expressio.
 - 11 Quinta solemnitas est diserta portionis relinquenda determinatio.
 - 12 Sexta solemnitas est Notarij accurata annotatio.
 - 13 Septima solemnitas est singulorum testium subscriptio, & consignatio.
 - 14 Vltima solemnitas est octauis testis praesentia, si Notarij haberi nequeat.
 - 15 Caecus sine praedictis solemnitatibus testari potest inter liberos.

num. 1. Cynus num. 5. Fulgos. nu. 5. Dec. num. 8. Alciat. in rubr. de verb. obligat. num. 22. & in suis paradox. cap. 16. lib. 5. nu. 4. Ceterum non defunt, qui autumant, testamentum caeci ex eo non infirmari, quod institutio heredis post legata, & fideicommissa sit facta: idque sequentibus rationibus. Tum quia omisio leuis alicuius solemnitatis dispositionem vitare non solet, dict. l. 1. §. finali. ff. de ventr. insp. Tum quia forma istius subtilitas idcirco introducta, & excogitata est, ne aliquid falsi committatur. Atqui siue legata ante heredis institutionem, siue postea scribantur, nihil interesse videtur, ad hanc rationem quod attinet. Tum quia transpositionem verborum regulariter testamentum non labefactare certum est, l. Gallus 29. §. 1. ff. de liber. & posthum. haeredib. institut. l. cum in testamento. 37. §. 1. ff. de haeredibus instituendis, l. moribus, 2. §. sed si quis. 5. ff. de vulg. & pupill. substituit. Tum quia quoniam de interpretatione verborum est aliqua repugnancia, is sermo excipiendus est, qui actum in toto collocat. l. quotiens. 1. ff. de rebus dub. l. quotiens in stipulationibus. 80. ff. de verborum obligation. Tum denique per expressum textum in l. ambiguitates. 24. C. de testam. quae scrupulosa huius rei obseruatio sublata videtur. Atque ita sentiunt Vigilius, & Mynsingner. numero tertio, in dicto §. caecus. 4. Institut. quibus non est perm. face. testam. Baldus in dicta l. 8. numero decimo. C. qui testam. fac. poss. Ibique Philippus Cornelius numero tertio. Castrensis numero quinto, Ludouicus Romanus numero nono. Alexander numero decimo. Scharadus, & Gilchenius numero nono, & sequentibus. IV. Solemnitas est: quod non modo heredis nomen, sed etiam vitæ genus, & dignitatem, aliasque notas, & indicia, ex quibus ille cognosci possit, specialiter caecus exprimere tenetur: ne ulla ambiguitas, aut dubitatio in persona heredis relinquatur, dicta l. hac consultissima. 8. ibi, ne sola hominum commemoratio, &c. C. dict. tit. Si tamen solius nominis expressio omnino careret dubitatione, ea sola sufficeret, ut post gloss. in dicta l. 8. in verb. indicia. notant Bartol. numero secundo. Bald. numero tertio, Castrensis. numero sexto, Salicet. num. 4. & Roman. num. 6. Simon de Praet. de interpretat. vltim. uolunt. libro 3. interpret. 1. dubit. 4. solut. 2. num. 1. Mantie. de coniect. vlti. uolunt. lib. 4. tit. 3. num. 9. cum seqq. & Mynsingner. in dicto §. caecus. 4. num. 2. in fin. Institut. quibus non est perm. face. testamen. V. Solemnitas est: ut palam enunciet caecus, quid & quantum cuique tum haeredi, tum legatario, si plures sint, relinquere uelit. d. l. hac consultissima. 8. ibi, & ex quanta parte, &c. C. qui testamen. fac. poss. VI. Solemnitas est: ut singula tabellio, siue notarius uno, eodemque loco, ac tempore, in omnium conspectu, ac praesentia, ad eoque uno contextu (ut Vulgo dicitur) perscribat. dict. l. 8. ibi, uno, eodemque loco, & tempore, &c. C. eodem. VII. Solemnitas est: ut testes singuli propria manu subscribant, & una cum tabulario tabulas configuent. dict. l. 6. ibi, & eorumdem testium manu subscri-

pris, &c. Quod alias in testamento nuncupatio, ut & in contractu, fieri necessum non est. l. heredes palam. 2. ff. qui test. fac. poss. l. contrahitur 4. ff. de pignori. & hypothec.

14 VIII. Et ultima testamenti solemnitas est: ut, si notarius haberi non possit, octo testis, qui vicem eius suppleant, adhibeantur: & testamentum vni ex testibus custodiendum detur, ea scilicet lege, ut id, quoties opus sit, exhibeat. d. l. 8. vers. sed quia tabulariorum copia. C. qui testam. fac. poss. Et de istis solemnitatibus, post Philippum Fracum in rubr. ext. de test. & ultimis volunt. in 6. latius differunt Ioanes Dauth. in tract. de test. sub tit. qui test. fac. poss. nu. 23. cum seqq. & Nicolaus Reuenerus in tract. de test. part. 2. c. 19. n. 5. & seq. Harpr.

b Pater cecus, &c.] Et quod testamentum cæci conditum inter liberos valeat sine solemnitate, l. hac consultiissima, de testam. magis communiter Doct. videntur sic ibi concludere, ut dicit Soc. in conf. 163. in princ. errore allegatum in tex. quem vide per to. &

iuris civilis, ut dixi supr. q. 8.

b Pone: quod pater cecus velit testari inter liberos, numquid erunt seruanda solemnitates, de quibus in d. l. hac consultiissima: an aut sufficiunt duo testes, quod si cecus velit testari inter liberos, sufficiunt duo testes, nec requiritur aliqua alia forma, vel solemnitas à iure civili introducta. Ita tenet Bal. in d. l. hac consultiissima n. 1. & seq. & ita concludit magis cõiter Doct. ut dicit Soc. cõf. 263. circa princ. l. 2. Hanc et op. dicit

adde per Rolan. consil. 82. Giach.

c Si cecus velit testari inter liberos, &c.] Quod, si cecus inter liberos testari velit, duo testes sufficiant: nec aliqua alia forma, siue solemnitas, à iure civili introducta, requiratur; tenent, præter à Claro nostro allegatos, Fernandus Vasquius de success. creat. §. 2. i. nu. 58. Michael Grassius li. 4. rec. sent. §. testam. q. 1. n. 7. & Thadæus Pifo li. 1. var. res. fol. c. 7. nu. 29. Harpre.

d Cessat enim omnis salutis suspicio in filiis, qui omnino sunt patri ab intestato successuri, & de quibus lex maxime confidit. Præterea fauor filiorum, propter quæ iuducta fuit dispositio. §. ex imperfecto, ita militat in filiis cæci, sicut in filiis videtis

gnatos, quam filias institutas in secundo minus solemniter. Et similiter potest causa mortis donare non seruata solemnitate d. l. hac consultiissima, & codicillari. Giach.

QVÆSTIO XVIII. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Filiusfam. an possit condere testamentum.
 - 2 Et an de peculio aduentiuo.
 - 3 Et an filiusfam. possit de dote testari.
 - 4 Et quid si in testamento apposta sit clausula codicillaris.
 - 5 Et quid si pater sit captus ab hostibus.
 - 6 Et an possit filiusfam. testari de bonis castrensibus.
 - 7 Et an de sa'ario, quod lucratus est tanquam aduocatus.
 - 8 Et an possit filiusfam. testari ad pias causas.
 - 9 Et an valeat statutum disponens, quod filiusfam. possit testari.
- Ex Additionibus.
- 1 Filiusfam. cur testamentum facere non possit, triplex ratio.
 - 2 Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini.
 - 3 Filiusfamilias nihil suum habet.
 - 4 Idem quicquid acquirit, patri acquirit.
 - 5 Idem iura familiae nulla habet.
 - 6 Testamenti factio quatenus dicatur iuris publici.
 - 7 Quæ dicantur esse iuris publici.

ADDITIONES.

a AN filiusfamilias, in patris potestate existens, possit condere testamentum.] Cur filiusfamilias testamentum facere non possit, triplex afferri solet ratio. I. Quia ob patriæ potestatis nexum in filiofamilias non est liberta voluntas, nec eius persona iure civili integra, notante Decio in l. 3. nu. 2. C. qui testam. fac. poss. & Mynsingero ad princip. tit. Instit. quibus non est permis. fac. testam. num. 2. Velle si quidem non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, l. velle, 4. ff. de reg. iur. & proprio quis iure debent testari, non pendere ab alieno arbitrio l. illa institutio. 32. in princ. ff. de heredib. instituend. II. Quia filiusfamilias nihil suum habet, ut testari de eo possit, auctore Vlpiano in fragment. Instit. tit. 20. §. filiusfamilias, l. lex Cor.

QVÆSTIO XVIII.



Xplicatis distinctionibus, nunc videndum est quæ personæ habeant testamenti factionem tã actiue, quam passiuè, id est, qui

- 8 Filiusfamilias ius contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet.
- 9 Quando valeat argumentum à contractibus ad ultimas voluntates.
- 10 Codicillis hereditas non datur.
- 10 Legatum factum ab vxore ob nimiam reuerentiam mariti præsentis est nullum.
- 11 Filiusfam. ne quidem consentiente patre testari potest, quamuis in donatione causa mortis aliud sit receptum.
- 12 Donatio causa mortis præsentis est iuris.
- 13 Vtrum filiusfam. de illis bonis aduentitijs, quorum pater vsum fructum non habet, testamentum facere possit.
- 14 Sententia l. penult. C. qui test. fac. poss.
- 15 Intellectus Nouell. 117. c. 1. §. 1.
- 16 Cur filiusfam. de rebus aduentitijs testari non possit.
- 17 Accidentia mutant propriam rei formam.
- 18 Filiusfamilias nupta non potest testari de dote.
- 19 Filius illius, qui ab hostibus captus est, testamentum facere nequit.
- 20 Cur filiusfam. de bonis castrensibus, vel quasi, testari valeat.
- 20 Filiusfam. Notarius potest testari de eo, quod lucratur.
- 21 An valeat statutum disponens, quod filiusfamilias testari possit.

28. vers. quia non efficitur, ff. de uulg. & pupill. substitut. Iure namq; veteri quicquid acquirit, non sibi, sed patri acquirit. §. 1. Instit. per quas person. cuiq; acquirit. & ante Constant. Imp. nihil suum habere potuit. l. placet. 79. ff. de acquiren. uel omit. hered. l. acquiritur 10. in princ. ff. de acquir. rer. domin. l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ liberis, &c. l. 1. qui admitti ad bonor. possess. poss. l. 1. C. de bon. matern. & similibus adductis per Vasquium lib. 1. de success. progr. §. 1. nu. 8. III. Quia cum in testamento non bona tantum, sed et omnia etiam familiae iura mancipentur: filiusfamilias uero neque bona, neque iura familiae vlla habeat, ut pote qui non est caput familiae, id est, paterfamilias, à quo fieri debet mancipatio, sine uenditio familiae: idcirco nec testamentum facere uillo modo posse creditur. d. l. 3. §. ult. & l. pen. C. qui testam. fac. poss. Nam & lex duodecim tabularum testandi ius conce-

concedens loquebatur non de filiofamilias, sed diserte de patre familiae. Paterfamilias, inquiebat, uti super familia pecuniæque sita legitur, ita ius esto. Quare de re videantur Ruland. de testam. part. 1. rubr. 2. num. 1. Speculat. in titu. de instrument. edit. §. compendiose. num. 3. Philip. Franc. ad rubr. ext. de testam. vers. decimo octo prohibetur, &c. hosque allegans Reuenerus in tract. de testam. par. 2. cap. 23. numer. 5. nec non Ioannes Dauth. in tract. de testam. sub rubric. qui testament. fac. possunt, nu. 148.

6 Neque aduersatur, quod testamenti factio non priuati, sed publici iuris est l. 3. ff. qui testam. fac. poss. Filiusfamilias autem in his, quæ sunt publici iuris, pro patrefamilias habetur. l. filiusfamilias, 9. ff. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt. l. nam quod 14. in princ. ff. ad senatusconsult. Trebellian. Etenim ambiguitas, siue æquiuocatio latet in verbis, iuris publici. Si quidem iuris publici per raque dicuntur, quorum ius ad statum rei Romanæ spectat, ut magistratus, sacerdotia, & similia, de quibus in l. 1. §. huius iudij, 2. ff. de iust. & iur. In ijs filiusfamilias non sequitur ius patriæ potestatis, sed loco patrisfamilias habetur, sicut colligitur aperte ex dict. l. 9. ibi, ut magistratum gerat. &c. ff. de his, qui sui, vel al. iur. sunt, & d. l. 14. iuncto. §. vltim. legis præcedentis. ff. ad SC. Trebellian. ubi expressum est, filiumfamilias in magistratu positum, etiam aduersus patrem suum quippiam statuere posse. Hoc vero sensu testamenti factio non est iuris publici: quia ius de testamentis constitutum non pertinet immediate ad statum rei Romanæ, sicut magistratus, & similia munera. Alia igitur ratione testamenti factio iuris publici dicitur, nempe hac, quod potestas testandi non cuius pro arbitrio suo competat, sed illi tantum, cui ius publicum, siue lex facultatem istam concessit. l. testandi. 13. Cod. de testam. Iac. Pac. cent. quinta quæstione 85.

8 Nihil item obstat, quod filiusfamilias ius quoquo modo contrahendi, & bona inter viuos alienandi habet. l. 3. §. is autem solus. 3. ff. ad SC. Macedo. l. filiusfamilias. 39. ff. de oblig. & act. l. 1. & tot. tit. ff. de pecul. l. 1. & tot. tit. ff. de rem. vers. & titu. quod iusu ac proinde multo magis testandi ius habere debet: cum satis inhumanum sit, viuum quidem licentiam habere, totam suam familiam alicui donare: morienti autem huiusmodi licentiam adimere, auctore Iustiniano in tit. Instit. de leg. Fuf. Canin. toll. ubi Angelus, Portius, & DD. communiter tradunt, valere in iure argumentum à contractibus ad ultimas voluntates, per l. vltim. C. de legatis. Nam respondetur: ita quod demum valere argumentum à contractibus ad ultimas voluntates, si eadem ratio subsit. l. seruum. 44. §. eum qui. 5. & l. quæ de legato. 46. ff. de legat. 1. l. qui chirographum. 59. ff. de legat. 3. Euerhard. in Topic. loc. à contractibus ad vltim. voluntates, &c. Secus vero est, si non sit eadem, sed diuersa ratio: aut si maior sit fauor, aut maius præiudicium; quale est in testamentis, in quibus, & hereditas, & familia, quam non habet filiusfamilias, transfertur: sicut nec contrahendo illa dari, aut in alium transferri potest. l. hereditas. 5. Cod. de pact. content. l. ex eo instrumento. 4. C. de inutil. stipulat. imò et ne codicillis quidem hereditas potest relinqui §. penultim. Instit. de codicill. Ceterum in contractibus bona priuata, & singularia filiofamilias transferre licet: quæ omni iure ad eum pertinent, vel pertinere possunt, & minoris præiudicij sunt: eoque priuatorum pactis subiacent. l. 1. §. si conuenit. 6. ff. de-

posit. l. contractus. 23. ff. de reg. iur. Reuener. d. tract. de testam. part. 2. c. 23. num. 9. & sub seqq. Harpre.

b Quod non.] Adde etiam text. in §. 1. Instit. quibus non est permis. fac. testam. cum similibus de quibus per Iaso. in l. omnes populi num. 72. ff. de iust. & iur. Sed indignitas sacerdotalis liberet à patria potestate: quod sic, Bald. in l. apud hostes, de suis, & legitim. Giach.

c Cum patris consensu non potest.] Adde, & nouissime vide per Romain. in conf. 459. colum. 1. qui limitat, locus stante statu, & de testamento filiofamilias, quæ patrem instituit sibi heredem, atque de maritalibus blanditijs ad inducendum vxorem ad elegandū quæ legauit: quod illud testamentum sit validum, & 10 quod legatum factum per vxorem ob nimiam reuerentiam mariti stantis super eius caput sit nullum, & inuaidum: vide de omnibus per Afflic. dec. 69. & in additionibus Cef. Vrsilad eundem ibi. Giach.

d Etiam quod patris consensu non potest condere testamentum.] Diuersum obtinet in donatione causa mortis, quæ à filiofamilias, patre permitte, fieri potest. l. tamis 25. §. 1. ff. de mort. caus. donationibus, & lazius explicat Clarus noster infra libro 4. §. Donatio. quæst. 6. num. 4. Vera differentia ratio hæc mihi videtur: quia donationis causa mortis, non publici, ut testamenti factio, sed priuati iuris est. Quæ autem priuati iuris sunt, priuatorum etiam pacta admittunt. d. l. 1. §. si conuenit. 6. ff. de posit. & dict. l. contractus 23. de regul. iur. Viglius ad princip. titu. Instit. quibus non est permis. fac. testamentum num. 7. cum seqq. ibique Giphanius, & Heigius num. 4. Quibus addendi sunt, post alios, quos citant, Michael Grassius lib. 1. recept. sentent. §. donatio causa mortis. num. 1. vers. Ceterum si pater consenserit, &c. & §. testamentum, quæst. 23. num. 5. Ioannes Dauth. tractat. de testam. sub rubr. qui testam. fac. poss. num. 190. Thadæus Pifo lib. 1. variat. resolut. cap. 6. num. 14. & lib. 4. cap. 4. num. 10. & Mathias Ber. lib. 1. conclusio. practicabil. part. 3. conclus. 1. num. octauo & seqq. ubi varias diuersitatis istius rationes adducit. Harpre.

d Etiam si huiusmodi peculium aduentiuum spectaret ad ipsum filiumfamilias pleno iure.] Quod filiusfamilias de illis etiam bonis aduentitijs, quorum pater vsum fructum non habet (de quibus agit gloss. in Authent. idem est in his. Cod. de bon. quæ liber. &c. & Thadæus Pifo dict. lib. 1. cap. 6. num. 7. & 8.) testamentum facere nequeat, defendunt, præter Doctores hoc loco à Claro memoratos, Emanuel Soarez in thesaur. recept. sentent. lit. T. num. 24. Petr. Gregor. lib. 42. syn-tagm. iur. vniuers. cap. 8. num. 4. Viglius num. 16. Mynsinger. numero sexto. Heigius numero 9. & Vulteijs numero 11. ad princip. titu. Instit. quibus non est permis. fac. testam. Grassius d. lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 23. numer. 2. Didacus Couarrui. in rubric. de testam. part. 3. numero 9. & 29. Vasquius de succession. creat. §. 22. numero 10. Donnell. lib. 6. Comment. de iur. cit. cap. 5. pag. 10. & cap. 28. in fi. Dn. Collega Bocer. in tract. de bello. lib. 1. cap. 20. num. 10. & in tract. de iustitia feud. cap. 3. numero 45. & seqq. Cuiacius in Nouell. 117. cap. 1. Baldunus in Iustiniano suo pagin. 136. Fachin. lib. 5. controuerf. iur. cap. 15. §. & licet quoad testamenti factionem, &c. item cap. 94. Arumæus exercit. Iustini 7. thesaur. 6. Tessaurs decif. Pedemont. 159. numero. 1. S. in delibatur. iur. disput. 9. th. 43. Forster. lib. 2. disput. 12. thes.